



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

In Nativitate B. M. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

venos in ardore fidei perficisti. Perstitit contra Pelagium, Arianos, Manichæos, & illos confutavit.

Fuit & aliud lumen in Sancto non minus, quo etiam orbem irradiavit, scilicet Sanctitas, &c. Incipiamus ab humilitate. Per triennium latuit ne Sacerdos ordinaretur. Coram toto orbe sua peccata confessus, in libris suis confessus aliquos errores ita ut illos retractaverit, &c. Et quia ut ipse Aug. argumentatur, quò altius debet esse ædificium tantò profundius effoditur fundamentum, cum ita profundè effoderit, quantum assurrexit? Fuit in eo paupertas, nam statum Monasticum professus, propterea DEUS se illi in opes donavit. S. Prosper. lib. 2. de vita contempl. c. 10. *Quid potest eo esse felicius, cui efficitur sui conditor census, & hereditas ejus dignatur ipsa esse Divinitas.* Ecce impensæ hujus fabricæ Divinitas, quam celeriter verò assurrexit, patet ex hoc, quia in altum volavit Greg. hom. 18. in Ezech. *Volant qui terram quasi non tangunt, quia in ipsa nihil appetunt.*

In Nativitate B. M. Virg.

Nascitur S. Virgo velut piscina probatica ab Angelo movenda, ut omnes nostras sanet infirmitates, hæc piscina fuit vicina domui Joachim quam habebat Jerosolymis. Petr. Blesen. serm. 1. *Probatrica piscina S. Virginem significavit, descendit in eam magni consilii Angelus.* Adrichom in descript. Jerosol. n. 62. *Putarunt nonnulli in loco piscine fuisse ignem sacrum occultatum, quem cum requireret Nebemias, ejus loco reperit aquam crassam.* 2. Machab. 1. *Olim DEUS fuit ignis consumens, sed quando in S. Virgine absconditus, factus est aqua, Homo.* *Omnes sicut aqua dilabimur.* S. Th. 1. 2. q. 103. a. 3. docet festo Neomeniæ Judaicæ substitutum festum B. Virginis, de Neomenia Levit 13. *Mense septimo, primâ die mensis erit vobis Sabbatum memorabile clau-*

M

geneibus

gentibus rubis, & vocabitur sanctum. Mense septimo, id est, in Septembri nata est B. Virgo, Festum Neomeniæ fuit vel ob legem datam per Moysen, vel in memoriam Isaac immolandi, & per Arietem liberati utrumquæ B. Virgini convenit, in illa nascitur Legislator Christus, ille liberavit occidendum Isaac, genus humanum. Est piscina in qua ignis abscondus, postquam è Dalmatia translata S. Domus Lauretana in Italiam, ut scribit Turfellin. l. i. c. 7. Petrus à Sylva Eremita, per decem annos continuos sexto Idus sept. quartâ vigiliâ noctis semper videbat flammam in illa domo, quæ in cœlum postea abibat & petiit à DEO id sibi explicari, atque didicit hoc fieri in honorem festi hodierni; iidem ignes etiam ad nostra tempora quibusdam comparant, & in nostram devotionem descendunt.

De Sanctis Angelis.

Nullus ita salutem nostram desiderat ut Angeli, sicut nullus ita desiderat civitatem suam reparari ut cives illius, Bern. in vigilia Nativ. ferm. 2. *Puratis quantum desiderant cives cœli civitatis, suæ restaurari ruinas, quomodo solliciti sunt ut veniant lapides viri, ut coadificentur eis quomodo medii discurrant inter nos & DEUM?* Quia quod ex illis cum Lucifero decedit, per nos est complendum. Propterea Hebr. 1. *Omnes sunt administratorii spiritus, ut nobis serviant, & nos ad salutem deducant, nos ubique consequuntur.* Unde Bern. ferm. 12. in Pf. *Qui habitat, nos monet. In quovis diversorio, in quovis angulo, Angelo tuo reverentiam habe, tu ne audeas illo presente, quod me spectante non audeas.* Illi circa nos decreta DEI exequentur. Greg. hom. 38. *In hominibus omne iudicium per Angelos exercet.* Illi actus nostros inspicunt, & si non viderint inter nos concordiam, ut ait Bern. ferm. 1. pro S. Michaële. *Dicunt Sancti illi & beati spiritus, ubi scandala*